



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Confratris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

C O N F R A T R I A . 85

cūndūm earum tenorem pœnitentes imposita salutari pœnitentia absoluere, & cum eis dispensare. art. 8.

C O N F R A T R I A .

Vide INDVLGENTIA.

Archiconfratrica chordæ Sancti Francisci, fuit à Sixto V. instituta Assisi in Conuentu Fratrum Minorum Conuentualium, licentia facta Generali Ministro Fratrum de Observantia, & Commissario Generali Ultra-montano eorundem Fratrum de Observantia, eandem instituendi in omnibus Conuentibus sui regiminis, vbi non sunt Minoribus Conuentuales. tom. I. qu. 58. art. 1.

Plenariam indulgentiam lucrantur Confratres die ingressus, præmissa confessione, & communione dignè facta. Similem etiam consequuntur indulgentiam in articulo mortis, in uocato nomine I e s u ore vel satem corde. ibidem.

Eandem lucrantur confessi, & sacra Communione refecti, cùm intersunt Processioni singulis mensibus solitæ feri. Alij verò non

F 3 Con

86 C O N F R A T R I A.

Confratres , qui huiusmodi Proces-
sioni interfuerint, centum annorum
de iniunctis vel quomodolibet alias
debitis pœnitentiis indulgentiam
consequuntur. *ibid.*

Plures alias particulares indul-
gentias ob varias rationes concessit
idem Sixtus V. ibidem.

Prædicti Cōfratres gaudent om-
nibus priuilegiis , quibus Fratres
Minores, quoad absolutiones , & in-
dulgentias. *ibid.*

Ad lucrandas has indulgentias
tam plenarias, quam non plenarias,
necessè est, ut chordam cinctam de-
ferant benedictam ab aliquo Præ-
lato, Guardiano , aut Præfidente
in eius absentia , & in libris Con-
fratarum scribantur , alias non
gaudent priuilegiis. *ibid.*

Fratres corrigiæ Sancti Augusti-
ni lucrantur fermè easdem indul-
gentias & gratias , communicant-
que omnibus bonis , quæ geruntur
in ordine S. Augustini , sed non
videntur teneri ad portandam cor-
rigiam, licet teneantur quotidie di-
cere ter *Pater noster* , & *Ave Ma-
ria* , & unum *Salve Regina* , cuius
loco

CONFIR. PRIVIL. 87

loco, qui nesciunt, debent dicere
5. *Ave Maria.* art. 2.

CONGREGATIO.

Vide Ordo Regularis.

CONFIRMATIO.

PRIVILEGIORVM.

Plures Pontifices confirmarunt priuilegia omnium Religiosorum in forma communi, & quatenus non essent contra *Concil. Trident.* & perdata per 60. annorum non usum, quem annorum numerum requiri declarauit *Eugenius IV.* pro Ordine Sancti Benedicti, ut curreret præscriptio, licet ius commune plures quam 40. non exigat. *tom. I. q. 8. art. I. & 3.*

Pius IV. anno Domini 1561. ex certa scientia & potestatis plenitudine confirmauit omnia priuilegia Fratrum Minorum, exceptis contrariis *Concil. Trid. ibid.*

Confirmatis priuilegiis alicuius Religionis si in forma communi confirmentur, non intelliguntur confirmata ad instar illius alteri concessa (sicut nec è contra cen-

F 4 sentur

oceſ-
orū
aliās
ntiam
ndul-
cessit
om-
atres
& in-
ntias
riias,
n-de-
Præ-
Hente
Con-
non
usti-
ndul-
cánt-
ntur
non
cor-
e di-
Ma-
rius
loco